

Die Gründungssage Roms



Romulus et Remus urbem novam ad Tiberim condere paraverunt. Ibi enim lupa quondam clamores puerorum audiverat et eos servaverat.



Paulo post Faustulus pastor eos invenerat. Is et uxor pueros aluerant et educaverant.



Fratres, quia uterque regere cupiebat, consilium cepērunt voluntatem deōrum cognoscere. Statim Romulus Palatium ascendit, Remus autem in Aventinum properavit. Ibi cum sociis inauguraverunt.



Primum Remo in Aventino sex aves apparuerunt. Statim clamavit: „Ecce, dei mihi regnum dederunt!“ regnum dederunt!“



Tum Romulus: „Socii, illic duodecim aves volant. Nonne deos mihi regnum dedisse videtis?“

At subito duodecim aves Romulo in Palatio apparuerunt.



Tunc socii fratrum ad ripam Tiberis convenerunt et magnam controversiam de regno habuerunt. Alii Remum regem nunc esse contenderunt, quod ei aves antea apparuerant. Alii autem Romulum regem appellaverunt, quod Romulus duodecim aves viderat.



Vix Romulus coeperat in Palatio muros novae urbis instigare, cum Remus in Palatium venit, murum adhuc parvum vidit, fratrem risit, murum transiit.



Statim Romulus gladium cepit. Tum fratrem cecidit. Ita Romulus caede regnum occupavit.